




Dissertatio juridica inauguralis ad L. 3. Digestorum de officio praetorum

<https://hdl.handle.net/1874/198736>



67 B 16

gec.

DISSERTATIO JURIDICA
INAUGURALIS

A D

L. 3. *Digestorum de Officio prætorum.*

Q U A M

ADNUENTE SUMMO NUMINE

Ex Auctoritate Magnisie Rectoris,

CHRISTIANI HENRICI TROTZ, J. U. D.

Juris Civilis, Publici Belgici, ac Feudalis

Professoris Ordinatii,

N E C N O N

*Amplissimi SENATUS ACADEMICI Consensu, atque
Nobilissimae FACULTATIS JURIDICÆ Decreto,*

PRO GRADU DOCTORATUS,


Summisque in JURISPRUDENTIA Honoribus, &
Privilegiis rite ac legitime consequendis,

Eruditorum Examini submittit

WILLEM CORNELIS ACKERSDYCK,

SYLVA-DUCENSIS, CIVIS GORINCHEMENSIS.

ad diem 16 Septembris H. L. Q. S.



TRAJECTI AD RHENUM
EX OFFICINA JOANNIS BROEDELET,
ACADEMIÆ TYPOGRAPHI. MDCCLVII.

BIBLIOTHEEK DER
RIJKSUNIVERSITEIT
UTRECHT.

PATRIÆ
PARENTI
FRATRIBUS
PATRUO
AGNATIS & COGNATIS
PATRONIS & AMICIS

SACRUM.

ALLOQUIUM.

Dissertationi huic nihil præfarer, amice lector, nisi essent quædam, quorum te nescium esse nolebam; & primo quidem cur hanc legem præ cæteris in dissertationis specimen elegerim, paucis indicare volui: ante aliquod tempus sermo mihi erat cum patre carissimo, (cujus docto ratiocinio auxilioque fidelissimo amplius frui fata inviderunt, & quem lumine cassum lugent omnes, quorum patrocinium in se susceperebat) de utilitate juris civilis Romani, ejusque usu in praxi, simulque significabat, multa in jure civili esse, quæ prima facie nullum usum habere in praxi viderentur, quæ tamen per legitimas consequentias variis casibus utiliter applicari possent, interque alia afferebat legem hanc nostram, quam sibi quondam usu venisse (species facti mihi excidit) sibique non ingratum fore, si eam in dissertationis specimen eligerem, affirmabat; non ergo mirum videbitur tibi amice lector, me statim remisisse alias materias, de quibus dissertationem scribere mihi proposueram, non tantum quia non admodum vulgaris erat materia, sed & quia optimi patris voluntas mihi legis instar erat.

Cæterum in hujus legis explicatione sic versatus sum, ut verum sensum mentemque JCTi indagarem, eumque in finem varias virorum doctorum interpretationes & emendationes recensui examinavi; quia vero verba legis haud difficiles explicatus habebant, in eorum editione non multum laboravi, nec ut de prætoribus & servis hic multa compilarem necessarium duxi; vastos denique Bartoli, Baldi, aliorumque homunculorum com-

A

men-


mentarios sub examen revocare nec temporis angustiae,
quibus urgebar, patiebantur, nec multum utilitatis me
ex iis perceptum existimabam. Quod reliquum est,
amicus lector, si quando erravi vel haud satis exacte ju-
dicium meum interposui, id humanae juventutis imbe-
cillitati condones velim. *Vale.*

L. 3. π. de Officio prætorum.

ULPIANUS libro 38. ad SABINUM.

Barbarius Philippus, cum Servus fugitivus esset,
Romæ præturam petiit, & prætor designatus est;
sed nihil ei servitutem obstetisse ait Pomponius,
quasi prætor non fuerit: atquin verum est præ-
tura eum functum; & tamen videamus, si Ser-
vus, quamdiu latuit, dignitate præatoria functus
sit, quid dicemus? quæ edixit, quæ decrevit,
nullius fore momenti; an fore propter utilitatem
eorum, qui apud eum egerunt vel lege vel quo
alio jure, & verum puto nihil eorum reprobari,
hoc enim humanius est; cum etiam potuit popu-
lus Romanus servo decernere hanc potestatem;
sed &, si scisset servum esse, liberum effecisset;
quod jus multo magis in imperatore observan-
dum est.

DIS.



DISSERTATIO JURIDICA
INAUGURALIS
A D

L. 3. *Digestorum de Officio prætorum.*

A D INSCRIPTIONE M.

Ere est, prius quam ad verborum interpretationem perveniamus, pauca de significatione ipsius tituli referre verba sunt Ulpiani in l. i. v. de reb. credit. sic & nos e re putamus de ipsa legis inscriptione pauca prælibare; auctor hujus legis est *Domitius Ulpianus* qui originem traxit ex civitate Tyriorum, quæ in Syria Phoenice sita est, ut ipse refert in l. i. v. de censib. sub Septimio Severo & Caracalla assessor Papiniani una cum Paulo fuit. confer Lamprid. in *Sever.* c. 26. & Spartian. in *Pescen. Nigr.* c. 7. ab Heliogabalo vero pessimo imperatore remotus fuit. Lampr. in *Heliog.* c. 16. Alexander denique Severus ipsum inter sibi fideles

DISSERTATIO JURIDICA

les amicos adscivit Lampr. in Alex. Sever. c. 15. ipsiusque in magno honore habuit ibid. cap. 26. adeo ut Alexandri imperium Ulpiani consilio regeretur ibid. c. 51. periiit vero militari tumultu; inter plurima ejus scripta eminent libri 51. ad Sabinum, qui libri fuerunt procul dubio commentarii ad libros tres juris civilis Massurii Sabini, qui vixit sub Tiberio, & a quo præcipue secta Sabinianorum nomen accepit; egit autem Ulpianus in libro 38. de tutelis, ut patet ex legibus, quæ ex hoc libro digestis insertæ sunt, quas vide apud *Lambittum in indice pandect. p. 312. Jurisprudentia restit. Wielingii*, atque ex hoc libro hæc nostra * lex desumpta est, unde conjicimus, ibi quæsumus fuisse de tutore, qui postea servus detectus fuerit, vel de pupillo, qui, quum tutorem accepisset, servus itidem inventus fuerit; vel denique de tutelari prætore, qui, dum tutores dabat, dum curabat, ut tutores satisdarent, rem pupilli salvam fore, servus repertus sit, uti liquet ex hoc Barbarii Philippi exemplo, licet enim tempore Barbarii Philippi prætor tutelaris constitutus nondum esset, hoc tamen tanquam vulgare thema sibi proposuerunt Pomponius & Ulpianus; sed transeamus ad ipsam legem, quam sic explicare mihi proposui, ut prius indagem, quis fuerit Barbarius & quo tempore vixerit, dein ut varias virorum doctorum explicationes, interpre-

* Atque inde etiam observare licet, hanc legem pertinere ad classem earum legum, quæ etsi non male sub iisdem titulis, sub quibus reperiuntur, positæ sunt, proprio tamen ad alios titulos pertinent, confer *Brenckman in dissertat. de leg. inscript. p. 153. jurisprud. restitut. Wielingii.*

I N A U G U R A L I S.

pretationes & emendationes examinem, simulque qui genuinus & verus hujus legis sensus mihi esse videatur indicabo, & denique tralatitium illud, quod a quam plurimis pragmaticis ex hac lege deducitur, *communem nempe errorem ius facere* refellere conabor.

BARBARIUS PHILIPPUS hic quis fuerit, quo tempore vixerit, plane ignoraremus præter ea, quæ hic refert Ulpianus, nisi nobis superessent, quæ de eo memoriae prodidit Suidas in lexico, voce βαρβίος Φιλίππιος, quæ operæ pretium puto, ut adducantur, βαρβίος Φιλίππιος. οὗτος ἐπὶ τῷ τρίῳ τυράννῳ ἡρχε, Θέραψ δὲ ἐν τον τρόπον, καὶ πολακικος, καὶ μὲν τοι καὶ τῷ περι τον αὐτῶν διασφα κατελεκτο, καὶ ταυτη γε τη ἀρχην ἡρχε τὸν ἑκείνου χάριν, τοῦτο δὲ οὐν του τοτε σοβαρὸν καὶ πορφυρον τῇ τιμῃ, καὶ ἐν ἀγορᾳ τη ρωμαιων ὑψηλον, διάγοντα καὶ δικάζοντα, ὃ δεσπότης ανέγνει ἐλθὼν προτερον μὲν αποδράντα, ἐν εκείνῳ δὲ οὐν τοῦ καιρου πομπεύοντα, αδὲν καὶ κυδεούμανον, καὶ οὐν τη αρχῃ Θρυπτομενον, καὶ προσελθὼν ἱουχὴν κατόπιν θοιματιου λαβομενος χάριε, ἐπε, τὸ ὄνομα προσθεις το αρχαιον τε καὶ δοῦλον, καὶ ἑκείνος εκπληγεται φαδιως τον δεσποτην γνωρίσας, καὶ δέιλι σιωπᾶν, καὶ εἰς τὰ ὄμεῖα ἄγει, καὶ καταβαλὼν πάμπλεισα, ειταιρει τοι ἑαυτὸν ἐλυσατο καὶ ἀδιοι αυτοιου τη κηλίδι τηδε στηγη κατεχῦη ἀρχιερωτος ἐκεινα δή καὶ ταυτη της τυχης μη σιγῆσαι την παδιὰν. subjiciam versionem Kulteri: *Barbius Philippicus. hic sub triumviris præturam gessit & cum effet homo servili & adulatorio ingenio, in cætum scurrarum, quibus Antonius familiariter utebatur, allectus fuit, ad cuius etiam arbitrium magistratum ante dictum gessit; hunc igitur eo tempore fastu elatum & ob dignitatem purpura indutum, & in foro Romæ e sublimi loco ius dicentem herus accedens agnovit: qui cum ante*

DISSERTATIO JURIDICA

*servus fugitus esset, tum temporis magno cum fastu
& pompa incedebat, & dignitatis fastigio se efferebat,
cum igitur tacite ad eum accedebat, ueste a tergo pren-
sa, salve inquit pristino & servili nomine eum compet-
lans. At ille re subita perculsus dominum agnovit, ro-
gatumque ut taceat, domum secum duxit, magna que pe-
cuniae summa ei numerata sic tandem se redemit, & pro-
pter reverentiam quidem ergo Antonium macula illa
servitutis silentio tecta fuit, atque censui hunc fortunae
lusum silentio non esse prætereundum. Hactenus Suidas.
attentus quisque lector offendet statim disparitatem no-
minum; quem enim Ulpianus *Barbarum Philippum*
nominat, idem apud Suidam *Barbius Philippicus* au-
dit: quæ hujus discrepantiæ sit ratio animus mihi non
anxie inquirere, sufficiat observasse, hæc dicta esse nomi-
na, quæ sibi propria auctoritate assumit, quod inde liquet,
quia servi unicum tantum plerumque nomen habebant,
& quia ipse Suidas refert, dominum advenientem ipsum
salutasse & antiquo & servili nomine compellasse τὸ ὄνομα προσδεῖ τὸ ἀρχαῖον τέ καὶ δούλον, ad quæ verba si
attendisset *Guibertus Costanus in question. memorab. c.*
II. thes. Otton. t. 5. p. 408. ipse percepisset, minus
procedere conjecturam suam, qua divinatur, servum
nostrum Philippi tantum nomen habuisse, quod equi-
narius esset, id est curationi equorum præpositus, græ-
ce enim eo verbo equorum amator significatur, & cum
Romam venisset, se in cujusdam Barbarii familiam con-
tulerit &c. imo vero hæc nomina procul dubio assum-
tit, ut iis servilem conditionem tegeret, erant enim ea
tempora, quibus vixit, adeo turbata, ut facile quis.
qui servus erat, pro libero se gerere posset; vixit au-
tem*

tem Barbarius sub triumviris Antonio, Lepido & Augusto circa annum U.C. 714, & Antonii præcipue gratia atque favore prætura functus est (recte enim vocem ἀρχη per prætura functus est vertunt Kusterus & Reinesius variar. *lection. l. 3. c. 7. p. 476.* quia Barbarium istum a domino olim suo, παρθυρῶν τῷ τιμῇ, καὶ ἐγορᾶ τῷ ποντίῳ διάγονα καὶ δικάζοντα, id est, ob dignitatem purpura indutum & in foro Romano e sublimi loco agentem & jus dicentem repertum fuisse tradit, quæ sunt indicia præturæ, confer *Juvenal. Satyr. 10. ¶. 36.*) quia erat adulandi peritus & in cœtum scurrarum allectus, huncque genium eamque indolem Antonii fuisse, ut compotationibus intimæque plebis consortio se dederet, qui vel secundam Ciceronis orationem inventivam Philippicam legerit, ignorare minime poterit, hucque præcipue pertinent, quæ habet cap. 6. *hodie non descendit Antonius, cur? dat natalicia in hortis, cur? neminem nominabo, putate Phormioni alicui, tum Gnathoni, tum Ballioni, o fæditatem hominis flagitiosam o impudentiam, nequitiam libidinem non ferendam!* quin & ipsum perturbatorem reip. & oppressorem libertatis fuisse neminem, qui non plane historiarum ejus temporis ignarus est, fugere potest, quod Antonio etiam objicit Cicero *Philipp. 2. cap. 3. quid dictum a me ait cum contumelia? quid non moderate? quid non amice? quod quidem cuius temperantiae fuit de Marco Antonio querentem abstinere maledicto? præsertim cum tu reliquias reipublicæ dissipasses, cum domi tua turpissimo mercatu omnia effent venalia? cum leges eas, quæ nunquam promulgatae essent & de te & a te latae confiterere e cum auſſpi-*

DISSERTATIO JURIDICA

cia augur, intercessionem consul sustulisses? cum esses
fœdissime stipatus armatis? cum omnes impuritates pu-
dica in domo quotidie susciperes vino lustrisque confe-
ctus? adeoque nemo mirabitur, cum Antonius princi-
patum obtineret, servos & infimæ plebis homines, ob-
scuros terræ filios ad dignitates enectos fuisse, omnia
enim armata manu gerebantur, legesque negligebantur,
idque affirmat Dio Cassius l. 48. Hist. Rom. p. 377.
litt. e, in Senatum inquit permulti non modo ex sociis
sed militibus & libertinis sed & servis adscripti sunt,
& paulo post, dabat autem ansam multitudini eorum
qui in senatum allegarentur expeditio Antonii, quam in
Parthos parabat, unde magistratus alii in aliquot annos
& consules in octo totos annos ordinaverunt, idemque i-
bidem simile admedium huic nostro Barbarii memoriæ
prodidit exemplum Maximi cuiusdam servi, quem quæ-
sturam ambientem dominus agnovit & abduxit, quam
historiam unde Scaligero ad Eusebii Chronicon. p. 147.
constiterit; (sibi enim constare confidenter affirmat) non
diversam sed nomina tantum mutata & quæsturam pro
prætura positam esse, me nescire ingenue fateor, forsitan
sibi persuadere non potuit, duo servos circa idem tempus
pro liberis se gessisse, quorum fata mirifice convenient,
verum non adeo convenient, nomina enim eorum val-
de differunt, hic Barbarius, alter Maximus audit, nec
magnam convenientiam habet eorum potestas, hic enim
prætor, alter quæstor, denique hic præturam gessit alter
quæsturam tantum ambiit, nec adeo rarum est, servos
se pro liberis gessisse, ut non potuerint circa idem tem-
pus duo simul existisse, multa enim in historiis passim
obvia exempla servorum, qui se pro liberis gesserunt,
sic

INAUGURALIS.

9

sic enim quidam servus se Marii filium finxit, de quo vide fragmentum Nicolai Damasceni in excerpt. *Valeſi pag. 487.* nec non *Dio Cassius loco ſupra cit.* refert quendam servum inter milites deprehensum de rupe capitolina dejectum eſſe, & addit primum manumiffum ut cum dignitate ſupplicium in eum statueretur; idem *Dio Cassius l. 67. p. 765. litt. c.* narrat Domitianum Claudium quendam Pacatum, etsi centurio fuerat, domino reddidiffe, quod eum servum eſſe conſtaret, & circa ipsius Ulpiani tempora servus quidam quaſi Fabiæ eſſet filius ex Cenonii familia Palatinam domum ridicu- le vindicaverat, ſed cognitus juiſſus eſt flagellis cæſus domino reſtitui teſte *Capitolin. in pertin. c. 10. p. 559.* denique & in ipſo noſtro corpore juris mentio fit fer- vorum, qui ſe pro liberis gefferunt, veluti in *l. 3. §. 10. w. de acquir. vel amitt. poſſeff.* ubi ſpartacus qui- dam memoratur, adde novellas *Leonis 9, 10 & 11.* de fer- vis, qui ignorantibus dominis clerici vel epifcopi facti ſunt, vel monachifum fuſceperunt; ſed exemplorum ſatis, in viam redeamus, & in ipſius legi ver- ba oculos conjiciamus.

*Barbarius Philippus, cum fer-
vus fugitivus eſſet;
Romæ prætura petiit, & prætor
designatus eſt, ſed
nihil ei feruitutem obſtitiffe ait Pomponius, quaſi
prætor non fuerit &c.*

Inter eas leges, quaꝝ varie a viris doctis emendatae & explicitaꝝ ſunt, minima non eſt hæc, quam in præſenti explicare apud animum conſtitui, fluctuant autem præcipue viri docti in diſcernendiſ Pomponii ab Ulpia- ni verbiſ, atque alii Ulpianum a Pomponio diſſentire volunt, alii vero eos ad diuersas quæſtiones respondere

B

cen-

censem, agendum præcipuas interpretum sententias examinemus, quia vero non nulli adeo intricate & impli-
cite hanc legem interpretati sunt, ut vix mente assequi
possim, quid sentiant, in antecessum eos veniam roga-
tos volo, si quando eorum sententiam non bene intel-
lexerim eorum aut mea culpa; prodeant ergo primi in
scenam duo antagonistæ, qui parum huic legi profue-
runt, viri cæteroquin eruditissimi Desiderius Heraldus
& Claudius Salmasius, hic *in libro observat.* Et emen-
dat. cap. 4. p. 1316. tom. 2. thes. Otton. explicatio-
nem ipsa lege obscuriorum exhibit, *Ulpianus* inquit
loquitur de eo quasi revera prætor non fuerit sed tantum
designatus quamvis prætura functus sit. Ex eo autem,
quod prætura functus sit, colligebat Pomponius nihil ei
servitutem obstatisse, siquidem et si servus, prætura
nihilominus functus erat, qua de re dubitat Ulpianus,
an quamdiu latuit prætura functus dici possit: his ver-
bis, ni fallor, indicare voluit, Pomponium putasse
Barbario servitutem non obstatisse, quo minus prætura
functus dici potuisset, Ulpianum vero dubitare ea de re,
verum in sequentibus demonstrabo, Ulpianum non quæ-
sivisse de statu Barbarii, an prætura functus fuerit, quod
negari non poterat, sed an rata sint, quæ gesserat, dum
prætura fungebatur, at videsis porro quam misere ve-
xet ipsum textum, quem sic scribendum jubet nihil ei
servitutem obstatisse ait Pomponius, quin verum sit præ-
tura eum functum, Et tamen videamus si servus, quam-
diu latuit prætura functus est Ec. ibi ejicit quasi præ-
tor non fuerit & in dignitate præatoria quæ verba mar-
gini adscripta fuisse censet, & vitiose in textum irrep-
isse, verum eo modo possumus ex quovis efficere quod-
vis,

vis, & brevi ne vestigium verborum Pomponii & Ulpiani superesset; sed videamus, an meliora sint, quæ excogitavit Salmasius *in observat. ad jus Attic. & Roman. c. 14. p. 360.* existimat ille in hac lege quæri, utrum pro prætore habendus esset, qui servus præturalm adeptus esset, an vero quod prætor esset factus, desiisset esse servus, sive verba Pomponii scribenda vult parva (vel potius prava) mutatione, *sed non id ei a servitute obstat esse ait Pomponius, quasi prætor non fuerit, & quod prætor fuerit, id a servitute ei non obstat* ita explicat, non obfuisse præturam, quam ille adeptus erat, ne in servitute maneret, ac servus esse perleveraret, nihilo quippe deterius jus esse domini sui, quod prætor esset factus, huic sententiæ Pomponii objicit Ulpianus *atquin verum est, prætura eum functum id est quomodo accipiems ita servum mansisse, quasi prætor non fuerit, cum tamen constet prætura eum functum, merito Heraldus in animadvers. ad Salmas. jus Attic. c. 10. p. 363.* & Jac. Gothofredus *in dissertation. ad hanc leg.* hanc interpretationem emendationemque sibilo exceperunt, nam Ulpianum juris admidum imperitum facit, qui Barbarum servitutem exuisse putarit ex eo, quod a populo decepto & ejus conditionem ignorantie prætor creatus sit, & sic Salmasium in eundem cum Accursianis, qui putant communem errorem jus facere, lapidem impingere recte observavit Gothofredus ibidem, quod denique attinet ad dictiōnem illam *a servitute alicui obstatare pro servituti obstatare confiteor cum Gothofredo, me hanc phrasin nullibi eo sensu usurpatam invenisse, exemplum enim, quod affert ex Valer. Maxim. l. 4. c. 3. ext. §. ult.*

DISSERTATIO JURIDICA

ubi Diogenes Alexandrum rogasse dicitur *ne sibi a sole
obstaret* discrepare magnopere quis non videt? infelici-
ter itaque in interpretanda & corrigenda hac lege ver-
fati sunt hi duumviri, atque si omnes leges mendozae
aut difficiles ad horum exemplum corrigerentur aut ex-
plicarentur, actum propediem esset de jurisprudentia.

Quam autem Salmasius Ulpiani sententiam fuisse pu-
tabat, eandem Pomponio tribuunt alii viri docti tan-
quam Lopez de Madera *in animadu. jur. cap. 6. tom.
3. thes. Otton. p. 412.* qui differentiam inter Pompo-
nium & Ulpianum eam fuisse censet, quod ille de jure
prætorem dicebat, hic vero de æquitate, quin & Cu-
jacius *I. 18. observ. c. 33.* (quod miraberis) videtur in
ea fuisse opinione, Pomponium putasse Barbarum ve-
rum prætorem fuisse veramque præturam gessisse, &
fortasse hoc etiam pertinet explicatio, quam Pomponii
verbis *quasi prætor non fuerit* dat *Campianus in libro
de officiis potest. magistr. p. 223. ad h. l: non perinde
Barbario Servitutem obstatisse, ac si prætor non fuerit,
vel non sic, non ita Servitutem obstatisse Barbario, ut præ-
tor non fuerit*, verum mihi non videtur verisimile, Pom-
ponium contra notissimas juris regulas, quibus servi
civilibus muneribus fungi posse negantur, respondisse,
præterea tantum abest, ut servi, qui se pro liberis ge-
runt, gestione magistratus liberi siant, ut e contrario
supplicio afficiantur, quod multis exemplis demonstrari
posset, sic Dio Cass. *loc. cit. de illo Maximo qui qua-
lituram ambierat, & a domino agnitus & abductus fue-
rat, ut singulare quid narrat, id impune factum esse ei,*
qui ausus esset Magistratum petere, sed etiam expresse
in *I. II. & 38. cod. de liber. causis* dicuntur servi non
mu-

mutare statum si ad ciuiles honores illicite atque im-
probe adspiraverint, & Imperatores Diocletianus &
Maximianus servum, qui non ignarus conditionis suæ
ad ædilitatem adspiraverit ob violatam servili macula
curiæ dignitatem congrueati poena affici jubent l. 2.
Cod. si Serv aut libert. ad decurion. adspirav. de-
nique nostrum saltem Barbarum gestione præturæ li-
berum minime factum patet ex Suida, qui refert ipsum
multa pecunia soluta se tandem in libertatem vindicasse,
quod tum supervacuum fuisset.

Quos hactenus nominavi viri docti referunt Pompo-
nii verba usque ad ea *atquin verum est* &c. verum
Marc. Lyelama a Nyelbott membran. l. 1. ecloga 6.
verba Pomponii hæc esse censet servitutem ei nihil ob-
stetisse ait Pomponius & sequentia *quasi prætor non*
fuerit, existimat Ulpiani esse verba Pomponium nimis
generaliter loquentem redarguentis, ac si diceret Ul-
pianus quia functus prætura fuit, ergo Pomponi præ-
tor fuit Barbarius, cui servitutem non obstitisse cum
dicis ita dicis quasi prætor non fuerit, atquin omnes
dicunt prætura eum functum; si hæc interpretatio ad-
mitteretur, claudicaret hæc reprehensio Ulpiani, nam
quando dicit Pomponius illi servitutem non obstitisse,
supponit ipsum prætorem fuisse, qua ratione ergo po-
tuisset ipsi objicere Ulpianus, eum loqui de Barbario
quasi prætor non fuerit; cæterum forsitan quodammo-
do cum hac Lyclamæ interpretatione convenit senten-
tia *Cl. Trotz in præfat. ad Gothofredi opera minor. p.*
31. qui valedicens aliorum conjecturis hunc putat con-
troversiæ statum esse, Pomponius consultus, num Bar-
barius Philippus jure fuisset prætor, quem servum fu-

DISSERTATIO JURIDICA

gitivum esse constabat, respondit simpliciter nihil id est non plane ei servitutem obstetisse, ac idem esse ac si quis vellat dicere prætorem eum non fuisse, at vix credo, Pomponium ita respondisse, ut, quid sibi vellet ne satis quidem intelligere quis posset; Probabilior sane est sententia Hottmanni *in questione illustr. c. 17.* qui aufert vocem *nihil*, summamque Pomponii disputationis hanc esse putat, quamvis Barbarius prætor populi comitiis designatus fuerit, tamen ei servitutem obstetisse, quo minus vere ac jure prætor esset, & sequentia verba *atquin verum est prætura eum functum* Ul piano tribuit, quasi dicat, licet Barbarius revera prætor non fuerit, attamen prætura functus est & in prætoria dignitate fuit; hæc interpretatio mihi haud absurd a videtur, sed facile possumus concinnum & accommodatum sensum e lege eruere, si nobis licet pro lubit uerba ejicere vel alia reponere, verum legem renta lectione clare & distincte explicare hoc opus hic labor est: salubriter tandem manum huic legi admovit Jacob. Gothofredus *in dissertat. de electione magistrat. inhabilis per errorem facta ad b. l. p. 526. oper. minor. edit. Trotz*, qui ingeniose hanc legis nostræ partem dispunxit, & existimat mentem Pomponii hanc esse, Barbario huic servo homini hoc casu servitutem nihil obstetisse, quo minus prætor designatus, si non justus undique prætor fuerit, attamen, quod negari non potest, prætura functus dicatur, ait Pomponius qua servitute scilicet & sic propter quam, vel in ea coniituto, quæ scilicet Barbario Servitus impedimento fuit, ne justus undique prætor fuisse dicatur, eadem obstat non potest, quin secundum legem rite a populo desi gna-

gnatus prætura functus fuerit, & sic *qua si* diuide legendum, & particula *si* pro *et si* intelligenda, quomodo sæpius sumitur ut in l. 9. §. 1. *w.* de Stat. lib. l. 1. §. 3. *w.* de his, quæ in test. vid. Brisson. de V. S. *hac voce*, ait dein Pomponius *atquin* quæ vox relationem habet ad illa præcedentia *si non* & uno spiritu legenda veniunt; haec interpretatio haud immerito omnium fere deinceps eruditorum punctum tulit, & nominatim quidem *τοῦ πατρὸς* Schultingii in enarrat. *dīgest. ad b. t. p. 159.* me quod attinet, diu hæsitavi, quam interpretationem præferrem Gothofredi an Roberti (cujus explicationem statim exhibebo), verum tandem non una me ratio cogit, ut Gothofredi sententiæ valedicerem, nam primo Gothofredus sollicitat textum dispungendo verbum *quasi* in *qua si*, quæ crisis et si acutissima, magis tamen laudanda explicatio, qua constanter recepta lectio retinetur, dein *si* hæc Gothofredi interpretatio procederet, ad inutilem quæstionem respondisse Pomponius videretur, nam Barbarium, dum servus esset, præturam gessisse notum est, ergo non potuit quæri, an servitus obstaret, quo minus prætura functus dicatur, cadunt enim omnino in servos quæ facti sunt, proinde de facto non potuit quæri verum de jure, tertio verba *atquin verum est* &c. Pomponii esse censet, quæ tamen verisimilius Ulpiano addicuntur, ob particulam *atquin*, quæ regulariter in adversando usurpatur, licet fatear, ipsum probare, vocem *atquin* interdum pro *saltem tamen* adhiberi, ut in l. 13. §. 8. *w.* de usufr. l. ult. §. 1. *w.* de jurejur.; & denique e verbis Pomponii nemo facile interpretationem Gothofredi elicit, ob has & alias rationes prætuli conjecturam

DISSERTATIO JURIDICA

ram Joh. Roberti, qui in l. 1. c. 38. *recept. lection.* plane novam suppeditat explicationem, existimat ille, cum proponitur Barbarium fuisse designatum prætorem, qui officio prætoris exinde functurus esset, idque sibi propositum putaret, respondit, nihil in eo servitutem Barbario obstitisse, quasi eo solo nec prætor fuerit nec esse potuerit, quod prætor designatus esset, nam ad hoc ut populi suffragiis electus, ac inde consulis præconisque voce renunciatus esset, reque ipsa prætor fieret, oportuit illum magistratum inire, ejusque insignia assumere, cum igitur antequam hæc fierent, potuerit Barbarius liber & habilis fieri, qui prætoris dignitate fungi & vere prætor esse posset, nihil obstare potuit servitus, quo minus interim dum servus esset prætor designaretur; immerito hæc interpretatio a plerisque viris doctis tanquam plane aliena rejecta fuisse mihi videtur, licet fatear ipsam non omni exceptione esse majorem, præcipue autem in hanc sententiam invexit Lyclama a Neylholt, cui ridiculi videntur, qui distinguunt inter designatum & creatum, nam inquit designatio est ipsa creatio, verum sit ita, nemo tamen negabit, designationem præcessisse gestioni magistratus, hoc enim abunde demonstravit Robert. loc. cit. sed pergit, qui jure civili nullus est, eadem ratione designari nequit qua nequit confirmari, concedo stricte servum designari prætorem non potuisse, at quia designatio solummodo solennitas esset, non vero essentialē quid, facile illud vitium conniveri poterat; restat unicum argumentum, quod contra Roberti sententiam moveri posse prævideo, nempe hac interpretatione Pomponium *anætopias* accusari, quod nesciverit, Barbarium non tantum designatum fuisse

fuisse sed prætura functum, at fortasse Pomponius interrogatus conditionaliter fuit, si Barbarius vel alius servus designatus prætor esset &c. Et quid si ponamus, Pomponium non probe scivisse utrum tantum designatus an & prætura functus fuerit, dum servus erat, non admodum gravis accusatio erit in re tam parvi momenti, cum notum sit, Pomponium aliquoties in re historica humani quid passum esse.

Hæc autem argumenta non sunt tanti momenti, ut me a Roberti sententia divertant, reor ergo Pomponium ad hanc quæstionem respondisse, si Barbarius vel alius servus fugitivus, qui se pro libero gerebat, præturam vel alium magistratum ambierat, & designatus fuerat, antequam vero magistratum inierat liber factus erat, an tum servitus obstatet, quo minus verus & legitimus prætor esset, & respondit Pomponius nihil obstituisse servitutem, & addit rationem, *quasi prætor non fuerit*, id est quia ea designatione nondum prætor fuerat, vox enim *quasi* interdum veritatem significat, & sumitur pro *quod* vel *quia*, confer. *Heineccius in Brisonii lexic. de V. S. voce quasi.*

Sic tandem sensum verborum Pomponii variasque de eo virorum doctorum sententias examinavimus, sequuntur verba Ulpiani, *atquin verum est prætura eum functum*, id est non tantum designatus est prætor Barbarius, sed & prætura functus, sive præturam gessit, & recte inquit *prætura functus est* non vero *prætor fuit*, assentior enim illis viris doctis, qui has phrases differre statunt, ita ut *prætura fungi* sit facti, *prætor esse* juris, confer. *Hottmann. quæstion. illustr. c. 17.* sic differunt in libertate esse & liber esse l. 10. *w. de lib. caus. l. 3. §. 19. w. de acquir. possess.* sicque aliud

DISSERTATIO JURIDICA

est servum esse aliud in servitute esse, vid. Burman ad Quintil. l. 3. inst. Orat. c. 6. p. 244. t. 1. Hæc autem verba Ulpiani, quibus Pomponio objicit Barbarium non tantum designatum fuisse sed & prætura functum, occasionem ipsi dant, in aliam quæstionem inquirendi, quando pergit his verbis. Et tamen videamus, si servus, quamdiu latuit, dignitate præatoria functus sit, quid dicemus, quæ edixit, quæ decrevit nullius fore momenti an fore propter utilitatem eorum, qui apud ipsum egerunt vel lege vel quo alio jure, & verum puto nihil eorum reprobari, hoc enim humanius est, vindicatur mihi hæc verba simplicissima nec difficiles explicatus habere, adeoque & ab emendatione abstinere se potuissent viri docti Contius, Cujacius & Hottmannus, qui loco vocis *in*, quam habet editio Taurelli florentina ibi *quamdiu latuit in dignitate præatoria &c.* (quam tamen particulam vulgata editio plane omittit, & meo judicio rectius) reponunt *non*, & *Contius in disputat.* l. 1. c. 2. p. 129. operum a Merillio editorum ob hanc quidem rationem, si retenta lectione affirmativa legamus eum prætura functum, ex Ulpiani sententia absurde postea quæreremus, an quæ gessit nullius sint momenti, nam si verum est inquit, eum prætura functum, verum & illud utique erit valere ejus edita de creta tanquam prætoris, at illud est, quod nego, differunt enim magnopere *prætura fungi & prætor esse* uti supra monui, & si nec prætor fuit nec prætura functus est, qua ratione dicemus, quæ ab eo gesta sunt tenere, verum inquit Cujacius *prætura functus non est id est falsa prætura functus est*, & addit exemplum Perpennæ, cuius antequam civis esset, consulis facili

facti falsus consulatus dicitur, sed Robertus *l. i. c. 18.* animadv. observat vitiōse illud exemplum afferri a Cujacio, subtiliter enim ibi probare conatur differre has phrases *falsus consulatus Perpennæ fuit & Perpenna falso consulatu functus est*, atque de hac distinctione mirifice digladiantur & conviciis sese invicem petunt hi viri docti Robertus *loc. cit.* & Cujacius *sub nomine Mercatoris in notatis ad animadv. Roberti l. i. c. 18.* iterumque Robertus *in notis ad notata Cujacii Mercatoris l. i. c. 18.* quæ utpote ad rem non pertinentia examinare non vacat, quilibet intelligere potest, quia Perpennæ consulatus falsus dicitur, inde non sequi, cum Barbarius prætura non functus dicatur, id significare eum falsa prætura functum esse: Hottmannus denique sibi ipse contradicit, putat enim Ulpianum indagare, quænam sit consequentia opinionis Pomponii ibi *si quamdiu latuit Sc. id est si Pomponii sententiam admittamus, & negemus Barbarium, quamdiu non est cognitus, prætoria dignitate functum, & antea indicavit, Pomponii sententiam fuisse, Barbarium non jure prætorem fuisse, & admittit distinctionem inter prætura fungi & prætor esse, ergo nec prætor fuit nec prætura functus est, & consequenter etiam non potuit quæri de iis quæ in prætura geslit;* cæterum dantur viri docti, qui existimant in hac legis parte his verbis inquire, an interim, dum servus esse ignoraretur, nihilominus servus existens, sic dignitate prætoria functus sit, ut vere prætor fuisse dici possit, sic faltem ea explicat Robertus *loc. cit.* atque eo redit longe quæsita interpretatio *Lyclamæ a Nyelbøt loc. cit.* qui vult, Ulpianum, cum affirmaverat, ipsum prætura functum, id dein in controversi-

DISSERTATIO JURIDICA

am trahere, cum dicit *S tamen videamus si servus, quamdiu latuit in dignitate, prætura functus sit* (si pro an) dein pergit *quid dicemus scilicet prætura eum functum non esse, quæ decrevit, quæ edixit, nullius fore momenti, an fare scilicet eum functum prætura* (ita mavult quam ad proxime præcedentia referre, ne cogamur alias pro nullius subaudire alicujas) *S hoc humanius est scilicet prætura eum functum & prætorem fuisse, respectu eorum, qui apud eum egerunt; hæc explicatio mea sententia satis indicat, errare eos, qui his legis nostræ verbis de statu Barbarii amplius quæri volunt.* Rectius itaque Gothofredus in laudata dissertatione censet in hac legis nostræ parte solummodo quæri de iis, quæ gesserat Barbarius, cui sententiæ lubenter calculum meum adjicio, verum secundum eam, quam supra secutus sum, opinionem, hæc paulo aliter explicabo.

Postquam ergo Ulpianus Pomponio objecerat, Barbarium non tantum designatum fuisse prætorem sed et prætura functum, in aliam quæstionem inquirit his verbis *S tamen videamus, si servus quamdiu latuit, dignitate præatoria functus sit, quid dicemus? &c.* quasi dicat, si Barbarius vel alius servus, dum conditio ejus ignota fuit, dum pro libero habebatur, præturam gessit, videamus, quid dicendum sit de iis, quæ gessit, num rata sint nec ne, & profecto non dubitandum, quin summo jure Ulpianus respondere debuisset, ea esse irrita nulliusque momenti, quia servi ne judices quidem esse, sive judicare poterant, l. 12. §. 2. v. de judic. multo minus jus dicere, quin & quod attinet ad jus civile pro nullis habentur l. 32. v. de R. f., argue

que eodem jure receptum, ut civilibus muneribus non fungantur, verum nulla juris ratio egregie ait Modestinus in l. 25. *ad leg.* aut æquitatis benignitas patitur, ut quæ salubriter pro utilitate hominum introducantur, ea nos duriore interpretatione contra ipsum commodum producamus ad severitatem, licet ergo bene jure civili receptum sit, ut servi a civilibus muneribus arceantur, æquitas tamen humanitasque non patetur, ut hoc jus produceretur ad servos, qui, cum communiter pro liberis habebantur, magistratum gesserant, ut inquam salubriter ab iis gesta, ideo rata non sint, hac enim duriore interpretatione multorum civium fortunæ conturbarentur, & salus reipublicæ commodumque eorum, quibus jus dixerant, vacillaret, recte proinde ait Ulpianus nihil eorum, quæ edixerat quæ decreverat, reprobari propter utilitatem eorum, qui apud eum egerunt vel lege vel que alio jure, atque hoc humanius esse addit, at cur humanius hoc esse dicit, an ergo ob solam humanitatem ea rata sunt, non vero jure? sic utique dicendum videtur, quod enim humana interpretatione admittitur, regulis juris non omnino consentaneum est l. 16. §. 6. *ad pignor.* non itaque opus est, ut dicamus Barbarum prætorem non fuisse conditione ejus inspecta, ratione vero eorum, quæ gessit, verum & legitimum prætorem fuisse, vel, quod multo pejus est, ipsum & liberum factum & verum prætorem fuisse ab eo tempore, quo magistrum gessit, at si rogas quo jure, ex communi inquiunt errore jus faciente, verum communem illum errorem paulo post refutabo, mea ergo sententia ob solam utilitatem humanitatemque quæ gessit Barbarus rata sunt

C 3

atque

DISSERTATIO JURIDICA

atque eodem modo jam ante Ulpianum rescripscrat Hadrianus in §. 7. *Instit. de testam. ordinand.* & in l. 1. *cod. de testam.* si servus, qui liber habebatur, testamentum subsignaverit, testamentum ideo infirmari non debere, nec non Antoninus sententiam latam ab eo, qui in libertate morabatur, rei judicatæ auctoritatem habere jussit in l. 2. *cod. de sentent.* & *interlocut.*, sic Imperatores Arcadius & Honorius quæ salubriter sub tyrannis acta esſent, valere jusserunt vid. l. 9. *libr. 15. tit. 14. Cod. Theodos.* p. 466. edit. Gotbofr. Ritter. & ipse Ulpianus si quis publice paterfamilias habebatur, tum cessare SCtum Macedonianum respondit in l. 3. *w. ad SCtum Macedon.* ex his autem tute quis hanc positionem statuet, quæ gesta sunt a servo vel alio homine inhabili, qui publice & ab omnibus communiter pro habili habebatur, rata sunt, verum huic decisioni obſtare videtur l. 19. *w. qui & a quibus manum. lib. non fiunt,* ubi nulla competere libertas dicitur data ab eo, qui postea servus ipſe pronunciatus est, & l. 44. *w. de Judic.* ubi dicit Iesus, debitorem absolví debere, si is, cuius nomine per procuratorem fuerat actum, postea servus apparuit, ad harum legum conciliationem non male *Jan. a Costa ad §. 7. instit. de testam. ordinand. p. 236.* aliique viri docti distinguunt, an publici aliqui officii, an sui ipsius privati negotia gesserit servus, priori casu rata sunt, nec fiunt irrita, quia publica utilitas hæc omnia confirmat, posteriori casu irrita sunt quæ gesta sunt, simul ac servitus detecta est.

Tranſeamus jam ad ultima hujus legis verba, *cum etiam potuit Populus Romanus servo decernere hanc potestatem, sed &, si scivisset servum esse liberum effe-*
cis.

sisset, quod jus multo magis in imperatore observandum est. Orationis nexum inter hæc & præcedentia Ulpiani verba multi viri docti desiderant, adeo ut dubitent, num ne sit tota hæcce periodus inter Triboniani emblemata numeranda, saltem ad classem earum legum, in quibus juris auctores otiosas & inertes rationes dant hanc refert Matthæus *in colleg. jur. disput.* 10. p. 69. qui procul dubio respexit ad hæc verba *cum etiam &c.* non vero ad ea *hoc humanius est*, ut censet Huber. *in eunom. Rom.* p. 76. alii vero ad emendationes confugiunt, tanquam Hotmann. *loc. laud.*, qui pro *cum legit num*, quia, inquit, continuo post Ulpianus id negat, quod isto modo diserte affirmaret, at quæro quid neget Ulpianus, servum regulariter civilibus muneribus fungi posse, non vero negat, Populum Romanum, si necessitas publicaque utilitas id requirat, servo decernere civile munus posse, verum addit, absurdum est tantam *antropiæ* & Romanæ antiquitatis ignorantiam vel in Pomponium vel in Ulpianum cadere potuisse, verum enim vero iterum rogo, quænam hæc esset *antropia* & Romanæ antiquitatis ignorantia, forsan quia his verbis videtur innuere Ulpianus, populum Romanum nonnunquam hanc servo decretuisse potestatem, cuius tamen exemplum non reperiri in historia Romana obseruavit Cl. Trotz *in præfat. ad Gothofr. opera minora*, qui ideo hæc dicta Ulpiani falsitatis arguit, at pace clarissimorum virorum non hoc mihi verba Ulpiani indicare videntur, nam solummodo ait populum Romanum potuisse decernere hanc servo potestatem, si itaque concedimus tale exemplum litteris mandatum non fuisse, nondum inde sequitur hanc potestatem po-

pus.

DISSERTATIO JURIDICA

pulum Romanum non habuisse, e contrario, quum leges conduntur, nt floreat vigeatque respublica, uno verbo, quum omnes legislatores eundem intendere scopum oportet, ut scilicet salus reipublicæ suprema lex sit, necessario sequitur, si quæ leges quandoque severa interpretatione in reipublicæ detrimentum vergerent, eas ab eo, penes quem summa potestas est, humana interpretatione mitigari vel plane mutari posse; mea itaque sententia hic est nexus sensusque verborum Ulpiani, quum dixerat humanius esse nihil eorum, quæ Barbarius edixerat, decreverat reprobari, addit *cum etiam populus Romanus potuit servo decernere hanc potestatem*, id est, ea humanitas amplius extenditur, nam si publica utilitas & reipublicæ salus requireret, posset populus Romanus sciens servo hanc potestatem decernere, *& addit si populus Romanus scivisset, servum esse, liberum effecisset* ut eo ipso verus & legitimus esset prætor & proinde acta ab eo rata essent, disquiri hic posset, an & quibus casibus libertas in præjudicium dominorum dari servis possit, verum hæc missa facio, pergo potius ad ultima legis nostræ verba, *quod jus multo magis in imperatore observandum est*, diversis modis hæc verba explicuerunt viri docti, alii enim intelligunt de eligente alii de electo, qui hæc verba passive de electo nempe sumunt, vel interpretantur de servo imperatore creato vel ut Anton. Guibert. costanus quæstion. memorab. c. II. tom. 5. Thesaur. Otton. p. 408. de duce exercitu aut de consule Romano, qui ab auctoribus latinis tatis peræque imperator appellatur, vid. Sallust. catil. c. 6. & Cicer. Philipp. 4. c. 5. ut sensus esset, si servus per imprudentiam in numeros relatus a senatu vel mi-

militibus ignoranter dux eligatur, valebunt acta ab eo, sicut & acta a servo, quem populus Romanus consulem creavit, verum nec verborum constructio eam admittit interpretationem, nam tum immediate post verba, *hoc humanius est*, sequi debuissent, nec subest ratio, cur id magis in duce vel consule observandum esset quam in prætore; inter eos, qui hæc verba ad eligentem referunt, pessime ea accepit Hotman *loc. cit.*, qui censet ea ita intelligi debere, quemadmodum stante republica ferri legem oportuisset, ne ea res iis, quibus Barbarius jus dixisset, fraudi esset, ita necessarium Augusti rescriptum & privilegium fuisse, verum quis non videt, in tota hac lege nihil de ea re esse significatum? nec magis mihi arridet interpretatio Lyclamæ a Neylholt, qui hæc verba referens ad tempora, quibus vixit Barbarius, per imperatorem intelligit Antonium, qui una cum Lepido & Octavio consulari potestate constituendæ reipublicæ in quinquennium creatus fuerat, qui, licet jam serva republicâ, in speciem tamen liberæ reipublicæ, consulem vel prætorem renunciabat illum, quem populus consulem vel prætorem designaverat, sic ut consul multo magis servum prætorem creare posset, quam populus, quia hic non penderet a designatione populi, sicuti populus ab ejus renunciatione, at nego consulem vel prætorem aliquem in sequentem annum consulem vel prætorem renunciare potuisse, quem populus antea non designaverat; acu rem tetigisse mihi videntur, qui Ulpianum vel fortasse Tribonianum hæc de suæ ætatis imperatore intellexisse existimant, ut sensus sit, quemadmodum Populus Romanus servum prætorem creare poterat, ita imperatorem multo magis fer-

DISSERTATIO JURIDICA

vo eam potestatem decernere potuisse, postquam magistratus non amplius a populo sed ab imperatoribus creabantur *I. i. 2. ad Leg. Julianam de ambitu*, verum dicet aliquis cur *multo magis* hoc jus habuisse imperator dici potest, cum imperator majus jus quam libera republica populus Romanus non habuerit, diversimode hic respondent viri docti, Goveanus *I. i. c. 6. variar. lection.* ait, quia imperator legibus solutus est, populus vero suis legibus obligetur, Cujacius dicit, quia principum beneficia latissime sunt interpretanda, Baldus hanc dat rationem, quia facilius presumatur voluntas unius personæ quam innumerabilis populi facilisque unus consentiat quam totus populus, Duarenus denique ait, quia venia dignus majore unius imperatoris error quam populi totius, nulla harum rationum valde absonta est, omnesque quodammodo admitti posse crediderim.

Atque hactenus indagando vero hujus legis sensu quantum satis est, & forsan plusquam satis est, occupatus fui, & quum ex supra dictis planum sit, quot quæstiones in hac lege tractentur & quæ verba Pomponio, quæ Ulpiano tribuenda sint, iis diutius immorari non lubet.

Cæterum occasione hujus legis quæritur, an valeant, quæ acta sunt ab eo, qui publice pro notario vel tabelione habebatur, sed tamen non erat, atque alia multa ex hac lege deducunt practici, vid. Voet *ad b. t. 2. §. 6 & 7.* de quibus plura dicere (ut ad finem properem) supersedeo, silentio tamen præterire non possum glossatorum illud porisma, quod ex hac lege probant *communem errorem jus facere*, licet non proposuerim illud thema dedita opera enervare, verbo tamen monere debeo, illud ex hac lege deduci minime posse. Demonstra-

stravi antea fixum ratumque esse Barbarium vere prætorem non fuisse, nec proinde rata esse ea, quæ gesserat, verum propter utilitatem humanitatemque non reprobari, qui vero pro communi hoc errore jus faciente stant, volunt Barbarium eo, quod prætor creatus sit, & liberum factum & justum legitimumque prætorem fuisse, quia a populo conditionem ejus ignorante creatus sit, communiterque pro libero habitus, atque inde communem errorem jus facere probant, verum ex errore nullum jus descendere multis legibus edocemur & error consensui contrarius est, denique si ob communem errorem Barbarius liber legitimusque prætor factus fuerit, nec dubitare potuissent J. Cti de iis, quæ apud eum acta erant, nec ad humanitatem æquitatemque confugere necesse haberent; verum intercedit Campianus *de offic. & potestat. magistr. ad b. l. p. 223.* qui causam agit glossatorum aliqua tamen distinctione, negat quidem Barbarium liberum & prætorem fuisse, verum ratione eorum, quæ gessit, legitimum prætorem fuisse affirmat, atque adeo non tantum ob humanitatem rata esse, quæ gessit, sed & jure, quod oritur ex communi errore, quia inquit nulla datur æquitas atque humanitas, quæ jure destituta sit, sed ludere mihi videtur in voce *juris* quæ vel pro æquitate usurpatur vel pro jure civili Romano, & sic non nego, omne, quod jure sive legibus constitutum est, humanitate æquitateque minime destitutum esse, sed nego omne quod tantum æquitate probum ratumque est, etiam omnibus legibus civilibus conforme esse. Verum hic subsisto.

T A N T U M.

D 2

A N-



A N N E X A.

I.

*Quæ gesta sunt ab inhabili persona, quæ a populo crea-
ta & ab omnibus pro habili habebatur, rata sunt.*

II.

*Nondum tamen inde sequitur, communem errorem jux-
facere.*

III.

*Quando Justinianus in novell. 74. c. 6. & nov. 89. c.
15. dicit non esse alendos spurios, qui ex damnato
coitu nati sunt recte illud interpretatur Huber. o-
per. minor. p. 160. illos nullos modo nec patri nec
matri succedere posse.*

IV.

*Per legem Regiam, de qua passim in corpore nostro ju-
ris mentio fit, nihil aliud intelligo, quam varia pri-
vilegia, quæ sibi Augustus subsequentesque impera-
tores acquisiverunt, quæque per diversa SCta in eos
translata fuerunt, ita ut successu temporis vere re-
gia potestate gauderent imperatores.*

Pro-

V.

Probabilior mibi videtur sententia Conradi de ver. rer.
manc. & nec manc. differ. p. 16. fundamentum re-
rum mancipi in vetustissimo Quiritium patrimonio
querentis, quam Bynkershoekii illud in rerum pre-
tio ponentis in dissert. de reb. manc. & nec manc.

V I.

Non pugnant 1. 4. ϖ . de testam. tut. & 1. 4. cod. cod.
in qua lege codicis retineo particulam non cum Ampl.
Bynkershoekio 1. 2. c. 17. observ.

V II.

Qui bona fide justoque titulo possidet fundum alienum
fructus omnes percipliendo suos facit.

Eximia Eruditionis & Ingenuæ Indolis
VIRO JUVENI
WILHELMO CORNELIO ACKERSDYCK
Cam Summis U. J. honoribus ornaretur.

Carmina non texam moestum resonantia planctum,
Et justos gemitus non revocabo tuos,
Digna Patris magni soboles, nimis heu! cito rapti
Infaustis mortis nuper adhuc manibus.
Discessit, fateor, saeculi clarissima nostri
Gloria, te tutor deseruitque parens.
Ast velut è busto Phoenix progignitur alter,
Sic nati in donis ludit imago patris.
Ergo tuis vult me studiis applaudere Musa,
Laurea dum circum tempora cincta tua est;
Hæcce corona datur, studiorum tangere metam
Dum licuit, splendens, ingenioque vales
Scripta revelare arcana & discernere justum,
Quidque error faciat, disseritis ore gravi.
Tanta dedere tibi vigilatæ præmia noctes,
Et multa exacti sedulitate dies.
Te studium Constanſ doctum dare vela per aquor;
Nec nimium faciles jussit inire vias.
Sume igitur multo decus hoc sudore paratum,
Nam te quorumvis respiciunt Oculi:
Te cingunt Juvenes socii blandeque salutant,
Nomen Trajecti testa tuum resonant.

Fama

Fama tuæ laudis subito advolat arva paterna
Et Laurum impositam nunciat esse tibi:
Læta suam genitrix agnoscit te inclyta prolem
Sylva Ducis cupiens ut redeas subito.
Ait aliud quid fata jubent, nam te invidet Arkel
Nobis: qui tuus est, jam meus, inquit, erit.
Consule, nonne sat est: alios fratremque celebres,
Hic unus nobis instar erit Themidis:
Illi exspectat senior dictamina docta,
Adspirant sapiens consilium Juvenes:
Dulcia jam capiunt viduae solatia pressæ,
Orphanus & ruto præsidio fruitur:
Juris eum noscit facilem (discede maligne)
Atque patrem fidum, qui caret auxilio.
Gorcomium ergo petens, patriam nunc desere sedem,
Atque stude proavis non minor esse tuis.
Utere sorte tua, sic te quoque vivida virtus
Tollet humo, & nunquam te sinet illa mori:
Illa tuam famam serum transmittet in ævum,
Et virtute animi conspicere tui.
Sic quæ te emisit diis in luminis oras,
Conveniens stirpi nomen in orbe feres.
Vive diu felix, & largi munera carpe
Numinis, hæc voti summa caputque mei est.

A. J. G Y S I N C K;

M. D. Cand. *Sylva duc.*

LOFKRANS

Gevlochten voor den HEERE

W. C. ACKERSDYCK,

Toen zyn Wel-Ed. tot Meester der beide
Rechten werd ingehuldigd.

Wat stem bedremt myn' geest? wie zygt daar gindsin't zand:
My dunkt, ik zie een vrouw met rougewaad omhangen,
Met blinddoek, zwaard in d'ene, en schaal in de andere hand,
Dic deze woorden uit met tranen op de wangen:
 „ O Akelige dood, wat snydt gy ras den draad
 „ Van 's menschen leven af! Doet gy myn zonen sneeven:
 „ Acht gy o wrede geen voorzitters in den raad?
 „ Wilt gy geen acht op 't recht of rechtbeminnaars geven!
 „ Daar valt o feille slag daar valt myn grote Zoon!
 „ Daar ligt hy, die myn' naam en eer elk een' deed vreezen.
 „ Daar valt o Nederland een paerel van uw kroon,
 „ Een man van Weduwen, een vader van de Weezen!
 „ Geen Rechtgeleerde, die alleen het meesterschap
 „ In naam bezat, gelyk een Vorst, van heerschappye
 „ Ontbloot, geen Vorst is, maar die in de daad dien trap
 „ Van eer bekrom, en 't recht beminde naer waardye
 „ O ACKERSDYCK." Hier brak de teed're vrouw haar reën,
En ik op 't hooren van dien naam sloeg mee aan't weenen,
Dan eindelyk heft zy 't oog vol van bekoorlykheen,
En 'k zag een nieuwe vreugde op haar gelaat verscheenen.

Waak

„ Waak op myn geest (zo sprak ze) uw stof van treurigheid
„ Is groot; doch dit kan u vertroosten in uw klagen,
„ Zie op al't Dierb're kroost diens mans om wien gy schreit,
„ Zie op dien WILLEM, die u 't zwaard zal helpen dragen,
„ Wiens oordeelschaal 't verschil zalwikken zo 't behoort,
„ Wiens edele aangezicht een blinddoek zal omgeven,
„ Een blinddoek, dien de gunst met stralen nooit doorboort
„ Van goud of zilver, dien geen haat of nyd doen beven.”
Hier zweeg de vrou, en straks verdween ze uit myn gezicht,
Terwyl ze aan mynen geest liet oorzaak om te treuren,
Daar in 's Hertogenbosch een Zon des recths haar licht
Deed duiken onder 't stof. Dit kon my weer opbeuren,
Dat noch de naam leeft van dien schrand'ren ACKERSDYCK
In zynen zoon; Hy, een van Themis Adelaaren
Geeft heden hiervan elk het allerklaarste blyk,
Daar deugd verstant en vlyt zich in Hem samen paren.
Te recht ô WILLEM siert men U met de eerekroon;
Zo kunt ge eerlang en Wêeu en Wees ter hulp' verstrekken;
Zo steigert weer het recht al juichende op den troon,
Eu de armen kunnen met uw vleug'len 't hoofd bedekken.
Uw naam met ed'len roem langs 't wereldrond verbred,
Zal by elk' mensch ontzach en zuiv're liefde baren:
De zegenryke hand der Hemelmajestait
Geleide U, daar gy gaat, en rekke uw levensjaren!
Uw welvaart sy een wei van eene beek besproeid,
Wier ruischende muzyk elks oren kan bekooren,
In een vermaaklyk dal, daar 't al in weelde groeit,
Met bloemen geborduurd, die kou noch wind kan stooren!
Dan Gorkomhygt reeds naar uw teegenwoordigheid;
Vaarwel! de tyd gebiedt my te einden deze reden.
En, hebt Gy nooit uw woord den band van trouw ontzeid;
?K wensch U een schone maagd in wezen, icen, en zeden!

In Niemants Woorden

A B R. W Y N G E R S,

Mjn. Div. Cand. Ultr.

Op de Regt en Oudheids-kundige
VERHANDELING
Van den vernuftigen en zeer geleerden
HEER
WILLEM CORNELIS ACKERSDYCK,
Meester der beide Regten verklaart
den 16 Septemb. 1757.

Myn Veder ongewoon gebonden styl te voeren,
Wil, WILHEM, zig dees dag ter uwer eere roeren,
Nu gy myn Boezem-Vriend, door uw Geleerde Rēn
Philippus de Barbaar, gevlugte slaaf voor heen,
Daar na als Roomsc̄he Schout ter Regtsstoel opgetreden,
Met kunst zet in het ligt van uw geoefentheden,
Die Gy door noeste vlyt en keurig onderzock
Van wat men immer vond in 't Roomsc̄he Regten-Bock,
Bekleed met duisterheēn, gezogt hebt en verkregen,
Minervaaſ Troetel-Zoon! niets maakt uw Geest verlegen.

Uw

Uw net besneden pen werkt daarom op die stof
In deze blaan, met Roem van schranderheit, en lof,
Dat Gy nooit op het spoor van wulpsche Jongelingen
Uw neerstigheit verliet, vervoert door dwarrelkringen
Van 's ondeugds felle stroom, die, al wat zig bevind
In de omtrek van haar magt, al drajende verslind,
Maar altyd bezig waart langs steile Letterpaden;
Uw grote en Edele Ziel met wysheit te verzaden;
Zo wordge, Heer ACKERSDYCK, o bloem van't Jongelingschap!
Al steigerend gevoert op groter Eertrap.
Dus bloeje uw naam, wiens Roem reeds duizent tongen melden
Met schone glans in 't Puik van Neerlands Letter-Helden
Als de grote ECK, uw Oom, dat helder ligt voorheen,
De Luister van zyn Bloed en van het Stichts Atheen.
CORNELIS, kon myn zang uw het geluk opdringen,
Eer, Rykdom, hogen staat, zag 'k om uw dartlend springen;
's Lands beste schoonheid schonk vrouw Cypris uw, een Gaaf,
Meer werks waard, dan Schout *Philip Barbarus*, een slaaf.

M. J. BUSCHMAN,

J. U. Cand.

Uw niet gescrevene boek moet dierbaar zijn

en dat heeft u niet, want ik kom van een levensbeschouwer,

Dat is dan ook dat het goed is dat menigeen langen tijd

dat u nu niet meer heeft, want dat is nu gedaan

en dat is nu gedaan en dat is nu gedaan en dat is nu

en dat is nu gedaan en dat is nu gedaan en dat is nu

en dat is nu gedaan en dat is nu gedaan en dat is nu

en dat is nu gedaan en dat is nu gedaan en dat is nu

en dat is nu gedaan en dat is nu gedaan en dat is nu

en dat is nu gedaan en dat is nu gedaan en dat is nu

en dat is nu gedaan en dat is nu gedaan en dat is nu

en dat is nu gedaan en dat is nu gedaan en dat is nu

en dat is nu gedaan en dat is nu gedaan en dat is nu

en dat is nu gedaan en dat is nu gedaan en dat is nu

en dat is nu gedaan en dat is nu gedaan en dat is nu

en dat is nu gedaan en dat is nu gedaan en dat is nu

en dat is nu gedaan en dat is nu gedaan en dat is nu

en dat is nu gedaan en dat is nu gedaan en dat is nu

en dat is nu gedaan en dat is nu gedaan en dat is nu

en dat is nu gedaan en dat is nu gedaan en dat is nu

en dat is nu gedaan en dat is nu gedaan en dat is nu

en dat is nu gedaan en dat is nu gedaan en dat is nu

en dat is nu gedaan en dat is nu gedaan en dat is nu

en dat is nu gedaan en dat is nu gedaan en dat is nu

en dat is nu gedaan en dat is nu gedaan en dat is nu

en dat is nu gedaan en dat is nu gedaan en dat is nu

en dat is nu gedaan en dat is nu gedaan en dat is nu

en dat is nu gedaan en dat is nu gedaan en dat is nu

en dat is nu gedaan en dat is nu gedaan en dat is nu

en dat is nu gedaan en dat is nu gedaan en dat is nu

en dat is nu gedaan en dat is nu gedaan en dat is nu

en dat is nu gedaan en dat is nu gedaan en dat is nu

en dat is nu gedaan en dat is nu gedaan en dat is nu

en dat is nu gedaan en dat is nu gedaan en dat is nu

en dat is nu gedaan en dat is nu gedaan en dat is nu

en dat is nu gedaan en dat is nu gedaan en dat is nu

en dat is nu gedaan en dat is nu gedaan en dat is nu

en dat is nu gedaan en dat is nu gedaan en dat is nu

en dat is nu gedaan en dat is nu gedaan en dat is nu

en dat is nu gedaan en dat is nu gedaan en dat is nu

en dat is nu gedaan en dat is nu gedaan en dat is nu

en dat is nu gedaan en dat is nu gedaan en dat is nu

en dat is nu gedaan en dat is nu gedaan en dat is nu

en dat is nu gedaan en dat is nu gedaan en dat is nu

E R R A T A.

Pag: 5 lin. 22 pro πατιάν lege πατιάν, p. 6 lin. 14 post νων
adde εῖται, p. 13 lin. 13 pro Neyholt lege Neyholt & sic de-
inceps, In het tweede vaars lin. 8. voor Rechtbeminnaars,
lees Rechtsbeminnaars, lin. 13. voor Rechtgeleerde lees
Rechtsgeleerde, cæterum si quæ litteræ transverse positæ
sunt tanquam p. 24. lin. 2, vel puncta vel commata non
ubique accurate satis posita, ea B. L. sua sponte corriget.

M. J. BURCHMANN

J. N. C. M.

